Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

mea deus visitabit vos / et ascendere
faciat de terra ista ad terram quam
iuravit abraham et ysaac et iacob
Cumque adiurasset eos atque dixisset
deus visitabit vos / asportate vobis-
cum ossa mea de loco isto / mortuus
est expletis centum decem vite sue
annis / et conditus aromatibus reposi-
tus est in loculo in egypto

Explicit liber Genesis

Incipit liber Exodus

I

Hec sunt nomina
filiorum israel
qui ingressi sunt
egyptum cum ia-
cob singuli
cum domibus
suis introierunt
Ruben Symeon
Levi Iuda ysachar zabulon et
beniamin Dan et Neptalim Gad et aser Erant igitur
omnes anime eorum / que egresse sunt
de femore iacob / septuaginta. Ioseph
autem in egypto erat Quo mortuo
et universis fratribus eius / omnique cog-
natione illa / filii israel creverunt /
et quasi germinantes multiplicati sunt /
ac roborati nimis impleverunt
terram. Surrexit interea rex novus
super egyptum qui ignorabat Ioseph / et
ait ad populum suum ecce populus filiorum
israel multus et fortior nobis est
Venite sapienter opprimamus eum
ne forte multiplicetur / et si ingruerit
contra nos bellum / addatur inimicis
nostris / expugnatisque nobis egrediatur
de terra / Praeposuit itaque eis magistros

operum ut affligerent eos oneribus
Edificaveruntque urbes tabernaculorum
pharaoni phiton et ramesses Quanto- ramasses
que opprimebant eos tanto magis
multiplicabantur et crescebant Ode-
rantque filios israel egyptii et affligebant
illudentes eis / atque ad amari-
tudinem perducebant vitam eorum / operi-
bus duris luti et lateris omnique
famulatu quo in terre operibus preme-
bantur Dixit autem rex egypti ob-
stetricibus hebreorum quarum una vocabatur
sephora altera phua praecipiens eis
Quando obstetricabitis hebreas et partus
tempus advenerit / si masculus fuerit
interficite illum / si femina reservate
Timuerunt autem obstetrices deum / et
non fecerunt iuxta preceptum regis
egypti / sed conservabant mares Quibus
ad se accersitis rex ait Quidnam
est hoc quod facere voluistis ut pueros
reservaretis Que responderunt
non sunt hebree sicut egyptie mulieres
ipse enim obstetricandi habent scientiam /
et priusquam veniamus ad eas pariunt
Bene ergo fecit deus obstetricibus Et
crevit populus confortatusque est nimis /
Et quia timuerunt obstetrices deum / edi-
ficavit illis domos / Precepit ergo pha-
rao omni populo suo dicens Quicquid
masculini sexus natum fuerit in
flumen proicite et quicquid feminei reservate

II

Egressus est post hec
vir de domo levi accepta
uxore stirpis sue / que
concepit et peperit filium et videns
eum elegantem / abscondit tribus
mensibus Cumque iam celare non
posset sumpsit fiscellam scirpeam
et linivit eam bitumine ac pice
posuitque intus infantulum / et ex-
posuit eum in carecto ripe fluminis infantes